

Decis. Aurearum Pars II. Lib. I.

est sacramentum progredientium, ordinatum ad amotionem malorum, & expulsioneum peccati, sed quia de hoc sacramento satis abunde diximus in nostris Decisionibus per totum librum primum, ideo post illam videamus de alio sacramento, quod est extremæunctionis.

S V M M A R I V M .

- 1 *Vnctio exterior septuplex.*
- 2 *Vnctio extrema est sacramentum, & unum.*
- 3 *Vnctio extrema quare adiumenta, & in veteri testamento prafigurata.*
- 4 *Instituta quando fuerit.*
- 5 *Materia huius sacramenti remota, & propinqua.*
- 6 *Forma huius sacramenti que, & eius explicatio.*
- 7 *Quare exprimatur per modum orationis.*
- 8 *Vnctionis extrema efficacia qua.*
- 9 *In hoc sacramento tria, sicut in ceteris necessaria.*
- 10 *Sacerdos solus hanc unctionem facit.*
- 11 *Intenio in sacramentis duplex.*
- 12 *Membra que inungenda.*
- 13 *Admonitus sacerdotis que facienda ad infirmum.*
- 14 *Si presbyter ungens deficiat, an alias succedat.*
- 15 *Extrema unctione à proprio ministranda Sacerdoti.*
- 16 *Quibus danda, vel non danda, num. 17. & 18.*
- 17 *Uncio facta chrisma, vel oleo non benedicto, an valeat.*
- 20 *Uncio extrema duplice ex causa fuit unctionis.*
- 21 *Uncio extrema in tribus casib[us] uera[da].*

De Sacramento extremæ Vnctionis. Cap. VIII.



Onsequenter considerandum est de sacramento extremæ unctionis. Et primò, de multiplici unctione. Secundò, de ratione adiumentonis. Tertiò, de eius

institutione. Quartò, de materia. Quintò, de forma. Sextò, an sit necessarium. Septimò, de efficacia, & effectu huius sacramenti. Octauò, quae sint necessaria in hoc sacramento. Nonò, de membris vngendis. Decimò, de monitione presbyteri ad infirmum. Deinde deuenendum ad Decisiones. Vnde circa primum sciendum est, quod multiplex est tuncū extero, quedam baptismalis, quae fit in pectore, & in scapulis, 11. distinct. c. ecclesiastica, de consecr. dist. 4. c. dein de a sacerdote. Item quedam, quae fit per sacerdotem cum chrismate in summi tate capitii, c. postquam cap. ascendit, de consecr. dist. 4. Rursum est uncio confirmationis, quae fit in fronte, ministerio tam Episcopi, 95. distin. cap. presbyteros. Item est uncio extremae unctionis, quae potest Episcopus, & Sacerdos cuilibet conferre per oleum infirmorum, ibidem. & c. illud. Deinde est uncio regalis, quae fit in brachio, 2. q. 7. cap. plerumque. §. itē in libro. Item est uncio sacerdotalis, cuius manus tantum oleo cum chrismate inunguntur, 23. dist. c. præterea. 16. q. 1. c. generaliter. §. eccl. Item est uncio pontificalis super manus, & caput, 23. distin. Episcopus. Sed modo agetur devotione extrema. Vnde sciendum est, quod undecimū extro extrema est tuncū sacramentum, prout definitum est per Concil. Trident. de sacramen. sess. 7. Cano. 1. & ratio est: quia in spiritualibus medicinis quedam sunt tanquam principia, quae scilicet per se ordinantur ad curationem aliquius morbi, & haec dicuntur sacramenta. Quedam vero sunt accessoria, quae ordinantur per aliud medium, vt Catechismus, & Exorcismus per baptismum, & haec dicuntur sacramentalia. Extrema vero undecimū per se ordinatur ad aliquem effectum: spiritualis consecrationis, & non per aliud, vnde sacramentum est, & non sacramen tale. Et unum est sacramentum, & non plura, licet plures siant unctiones, quia sicut se habet immersio ad baptismum, ita se habet unctione ad sacramentum, sed plures immersionses sunt unū sacramen tum.